

qualis esset iste aculeus, sperabat se spina punctum, vel aliqua herba spinosa. Cumque dolorem vehementem sentiret ac explorando oculos circumferret, vidit serpentem a se fugientem atri¹ coloris, volentem² intrare terram, quem insecutus interfecit. Statimque pes sibi in tantum intumuit, ut iste tumor attingeret usque ad genitalia, qui vix adminiculo aliorum coenobium intravit, omnesque, qui videbant, desperabant, eum posse evadere mortis periculum. Sed ipse et alii invocantes patrociniū beatissimi Blasii statim labore* mitigato, ac timore depulso in brevi indeptus est sanitatem integram.

69. [1405—1408.] Item** eo tempore, cum dicti Appenzeller et Constantienses et subditi ducis Austriae*** contra se litigarent magnaue strages populi ex utraque parte pluries eveniret, ut fama communis tradit † et sapientum sententia, lupi supervenerunt illis cadaveribus, qui comedentes carnes humanas, in tantum delectabantur humanis carnibus, nimia dulcedine eos instigante, quod ulterius [fol. 44^a] non curabant carnes iumentorum. E quibus lupis duo ab hominum insecutione et canum ultra Rhenum natantes impulsī fuerunt ad partes istas, qui multos homines laeserunt sive strangulaverunt, praecipue pueros, qui non poterant se ipsos defendere, et etiam senes, quibus vires non suppetebant ad se defendendos, qui hoc modo defecerunt. Quidam enim servus, cum animalia sequeretur ad pascua educenda, lupus infra fruteta se occultans non curabat de iumentis, sed ipsum servum a tergo frivole invasit, volens eum strangulare.

¹ arti, Hf. Der Abschreiber hat die Abkürzung mit r mißverstanden, wie oben Kap. 60 artum für ratum in der Hf. steht.
² volens, Hf.

* labor gebraucht der libr. constr. wiederholt für dolor.

** Hier ist der sogen. Bund ob dem See, der Appenzeller Krieg und, wie man glauben sollte, speziell die Schlacht am Stoß am 17. Juni 1405 gemeint. Die Appenzeller waren mit dem Grafen Rudolf von Werdenberg verbündet, Herzog Friedrich von Oesterreich mit dem Abte von St. Gallen. In der Schlacht am Stoß im Sommer 1405 kamen wohl viele Menschen um, doch muß man aus der Erzählung mit den Wölfen vermuten, daß hier der Ueberfall an der Breggenzer Klause den 13. Januar 1408 (es war damals ein sehr strenger Winter) gemeint sei. Näheres über dieses blutige Gefecht siehe Quellenf. 3 S. 515. 516. Bergmann in den Sitzungsberichten der Wiener Akademie Bd. 9 S. 7 gibt an, 118 Appenzeller und Verbündete derselben seien dabei gefallen und in ein Grab gelegt worden, über welches später die Seefapelle gebaut worden sei. Den sehr kalten Winter erwähnt Bergmann auch, doch nicht die Sage mit den Wölfen.

*** Herzog Friedrich mit der leeren Tasche.

† Der Gebrauch des Präsens und das Wort fama deutet auch auf die Gleichzeitigkeit des Schreibers.

Qui dum obstupefactus inprimis nesciret, quid de facto esset, a cane credens se illudi, tandem reiecta facie, cum ipsum lupum intuitus esset, lupus iterato modo valide se in eum ingressit. Sed ipse ferro, quod prae manibus habebat in fronte collisum valde vulneravit et vulnera vulneribus addens in terram prostravit ac penitus extinxit. Simili modo alter lupus, cum [per]¹ quemdam masculum morsibus debilitatum, depulsus ab eo adhuc vivente fuisset, in aliam partem seu in alium locum se recipiens, inventi servum, qui vestimenta abstracta propter caumeniam* in uno posuerat loco, cingulum dependens in ramum arboris, sub qua vestimenta iacebant. Ipse sarculo ligna incidendo sepem renovare volens, casu respiciens vidit lupum vestimenta attractare² credensque fore canem, ipsum abagitando verbis minacibus interpellabat, sicut abagitari solent canes. Sed lupus audita voce ipsius, ipsum impetiit, quo viso servus, quia sarculus ad defendendum eum non sufficiebat, arripuit lignum ad defensionem sui aptum sredens contra lupum. Sed lupus ictibus cedens abscondit se infra fruteta cuiusdam clivi, sicque servus pervenit ad locum cinguli. Extractoque cultro lupi [fol. 43^a] saevitiam verbis minacibus irritavit, dicens: „en! tu mala bestia, quare non saevis, sicut prius?“ Sed lupus nihil moratus audacter se in ipsum ingressit. Sed ipse cultro ipsum invasit, ictibusque ictus ingeminans, ipsum perforando tandem debilitavit terraeque prostravit, ac penitus extinxit. Sicque ambo illi per invocationem sancti Blasii tam malas bestias mortificaverunt. Erant autem ipsi servi in aetate robustissima, scilicet infra quadragesimum et tricesimum annum.

70. Haec** acta sunt moderno tempore, sicut patet in prolocutione supra scripta. Lupi autem praesentati fuerunt in praesentia domini abbatis tunc temporis***, qui servos praedictos large remuneratos cum lupis abire permisit †. Reor autem, quod sanctus iste non simplicibus tantum et bonis, sed etiam perversis gratiam sui adiutorii impendere solet imitans dominum suum, qui solem suum oriri permittit ac splendere super bonos et malos. Credimus autem hoc fieri, ut mali

¹ fehlt in der Hf. ² attractare, Hf.

* Entweder Sommerhitze, von *καύμα*, oder das Liegen und Schlafen auf der Erde von *χαμνία*.

** Haec bezieht sich auf das Vorausgegangene, nicht auf das Folgende. Die prolocutio ist der Anfang des Kap. 69.

*** Abt Johannes I. 1391—1413.

† Es war Sitte, die Leute zu belohnen, die einen Wolf erlegt hatten, dessen Balg sie herumtrugen. S. Zisch. f. d. Ob. Rhein 19, 256.